

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Carmen Decimum. Super lisdem.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

Omnibus obsequiis; solantia tristibus addit:
 Consummatum^s opus est, patiendi fasque nefasque!
 Et tandem: Pater, ecce! tuis jam traditus ulnis
 Spiritus esto meus^b: quem, sole soloque vidente,
 Tertia lux reddet. Jamque, an non iste, receptus,
 Exhibuit pacem^c? Nunc ergò, Terra, quiesce!
 Nunc, Sol, perpetuo lætus splendore corusca!

CARMEN DECIMUM.
 SUPER IISDEM.

Quandoquidem Filius Dei se totum declarat hostiam pro nobis, hoc ipso nos sibi totos redimit: unde ingratiſſimi sunt, qui se non gerunt DOMINO in solidum mancipatos.

ELEGIA EUCHARISTICA.

CHRISTE! omnes scelerum poenas expendis, ut
 AGNUS,

Ddd

Tu

sanguinem fudit. — Dominus mulieri Samaritane dixit: Sitio. Quid est, sitio? Eidem tuam desidero. In Ps. LXII, 2. Ipsum desiderium, sitis est animæ. Et videro, quanta desideria sint in cordibus hominum! Alius desiderat argentum, alius possessiones, alius hereditates, alius amplam pecuniam, alius multa pecora, alius domum magnam, alius uxorem, alius honores, alius filios. Videris desideria ista, quomodo ardent in cordibus hominum! Ardent omnes homines desiderio; & vix invenitur, qui dicat: Sitivit tibi anima mea! (g) Joh. XIX, 30. (h) Luc. XXIII, 46. (i) Joh. XX, 19. 21. 26. Act. X, 36.

Tu nostras ^a: contrà, vox tibi nulla; ut OVI ^b.
 Verbera pro nobis, JESU! quàm dira tulisti;
 Vulneribus quantis horrida fata necis!
 Verba sed è placido quàm mitia corde fluebant ^c,
 Quum, patiens, lueres crimina, & alta filens!
 De cruce suspensus, das ultrò hæc *prima*: Remitte!
 Dira remitte illis, quæ meruêre, Pater!
 Tam bonus interpres, vasque ipse; ut scire, negâris,
 Hostes, se tantum perpetuare malum ^d.
 Tu fanda, infanda, ah, mea nota, ignota, Redemptor!
 Elue sic etiam, ut nulla nocere finas.
 At, priùs ignoscens aliis, fac, devia plorem:
 Ne Nemesis nequeat dedidicisse faces ^e.
 Dicta *secunda*, vocant latronem: Haud ambige, dico;
 Mecum hodiè capiet te paradisus ^f amans.
 Unde huic emicuit lux tanta in mente serenâ,
 Pectore mutato qui tua regna cupit?

Non

PARALLELISMUS CARMINIS X.

- (a) *Joh. I, 29, 36.* (b) *Esa. LIII, 7.* (c) *Esa. LIII, 12. 1. Petr. II, 22, 23.*
Ebr. V, 7. XII, 24. (d) *Luc. XXIII, 34. Eccles. IV, 17. Act. III, 17.*
1. Cor. II, 8. 1. Timoth. I, 13. (e) *Matth. XVIII, 35. Marc. XI, 25, 26.*
 (f) *Luc. XXIII, 43. 2. Cor. XII, 4.*

Non istum exemplar Procerum, maledicta profana,
Nec crucis æqualis fors remorata diu.

Lumine, quæso, tuo & mihi toti illabere, JESU!

Tu mihi, tu solus, tu Paradisus eris.

Tertia solantur Matrem *g.* Tibi filius, ecce!

O mulier: puer, en! quæ tibi habenda parens.

Joanni cura hæc, ô terque quaterque beato,

Imposita est; Genitrix ut minùs orba foret.

Hinc, ardente oleo, centumque haud uritur annis *h.*

Mandati quarti quem datus ambit honor.

Sic, DOMINE, & servas, & servos, provehis omnes

In melius. Fidum me tibi redde, precor!

Quarto exclamasti, post tres caliginis horas *i.*;

Inferni que trucidis millia tela ferens:

Mi DEUS, ô DEUS, ô mi cur me in morte relin-
quis,

Unigenamque tuum deseruisse potes *k?*

Unum hoc asperius visum, quod mollius omni est:

Non Patrem incusat, qui se, ait, ire yadema.

Ddd 2

Ob-

(g) *Johan.* XIX, 26, 27. (h) *Vid.* EUSEBII *Hist. Eccl.* l. III. c. I. XIII.
XXIII. (i) *Luc.* XXIII, 44. (k) *Pf.* XXII, 1. *Matth.* XXVII, 46. *Marc.*
XV, 34.

Obsecro: si teneor propter mea debita; sponfor

Tunc ades his meritis, ut tibi solvar ego.

Me sitis! excruciat! Fuit hæc postrema querela,

Ac eadem tibi vox, ordine *quinta*, Crucis.

Quid, Fons vive, sitis? nempe, ut discamus; in
imis

Renibus, ob nostros, te doluisse, dolos.

Quid, Fons vive, sitis? nostram tu nempe salutem:

Quem tua & alma fames suevit amare cibum.

Quid, Fons vive, petis? nempe, ut sitiamus, amores

Audire, & pleno sumere corde, tuos!

Est consummatum *m*! *sexto* addis; bina priora

Postquam, Davidis signa, dedere notam.

Verum est: nil restat, quod passurum esse, canebant

Fata, DEUM: plaudit libera nostra Fides.

Huc

(1) Ps. XLIX, 22. Job. XIX, 28. Ps. XLII, 3. Job. VII, 37. (m) Job. XIX, 28. 30. CHRYSOSTOMUS, in Joann. homil. 84. Postea sciens Jesus, jam omnia esse consummata: hoc est, nihil eorum, qua dispensanda erant, restare. Studuit enim, demonstrare, mortem hanc fuisse novam: siquidem in potestate morientis erat, ne, priusquam ipse vellet, & omnia impleta essent, moreretur. Ideo dicebat Job. X, 18. Potestatem habeo, ponendi animam meam, & potestatem habeo, iterum sumendi eam. Sciens ergo omnia consummata, ait: sitio. Etiam hoc verbo prophetiam implens,

Huc cursus fuit. huc tendebant omnia; nobis
 Nuncius ut ferres tam bona, Victor ovans "
 Hæc mala, quæ toleras, bona sunt verè unica:
 quorum

Viribus, omne malum me superare, doce!
 Denique commonstras, quæ sit fiducia: cujus
 Tramite, nos deceat, te super astra sequi.
Septima namque addens; magno clamore trium-
 phas "

Atque, tubæ ritu, classica nostra cies.
 Spiritus humanus, mihi quem Pater ipse dedisti,
 Ecce! tuis manibus traditur ° ore volens.
 Nullum Heroa unquam Sol sic vitam edere vidit:
 Discipulum at similem Tu tibi, CHRISTE,
 paras.

Septem spirituum ^p donis, hæc Ultima septem,
 O JESU! semper me meminisse, juva.
 Oro. Remitte hosti, atque mihi! Paradisus inerret
 Sensibus! Auxilio fim tuus usque tuis!

Ddd 3

Fer,

(n) *Luc. XXIII, 46.* (o) *Psal. XXXI, 6. Luc. XXIII, 46. Act. VII, 59.*
 (p) *Apoc. I, 4.*

Fer, desertus, opem! Sitienti, suggere vires!
 Incrementa auge! Spiritus esto meus!
 At, Tibi quam, pro me morienti, destino laudem?
 Laus tua res meritò est imperiosa mihi.
 Ferre triumphales circum tua tempora lauros,
 Non licet: officium hoc præstitit Aula PATRIS.
 Stat; vitam mortemque, extrema per omnia, soli
 Ferre Tibi, & grato pectore thura precum.
 Stat; mentem spirare Tuam, semperque fovere:
 Stat, verbis septem consona verba loqui.

(q) *Apoc. V, 12, 13.* (r) *2. Corinth. V, 15, 16.* (s) *Rom. VIII, 9.* *1. Corinth. II, 16.* *1. Job. V, 20.* (t) *Eph. IV, 29. — 32.* *1. Petr. II, 21, 22, 23.* *Hebr. XII, 1, 2, 3.* conf. ARNDT. de Vero Christ. lib. II. c. 19, 29.

IN-